



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Exurge d[omi]ne, no[n] co[n]fortetur homo, iudice[n]tur ge[n]tes in  
co[n]spectu tuo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

Cuiusmodi  
uerbis opus sit  
tribulatis.

Ita & hic uersus sancta indignatione se suscitatur aduersus eos, qui deum  
tum eius, intentat, dicens: Non erit in finem obliuio pauperis. Talibus enim  
uerbis opus habent, passi, morientes & afflicti, ne pusillanimes fiant. Scien-  
tiam & spem habeamus. Obserua, patientiam dicit. Et hic concedit con-  
nem dei, sed negat in finem duraturam, deserit enim nos aliquantum, uolun-  
damus, sed non in finem, ne deficiamus.

Patientia pauperum, id est, expectatio afflictorum. Aliud enim nomen pre-  
pertatis, hic, quod parte priore habetur, hoc enim, ut supra dictum est, afflictorum  
quoque significat, scilicet, paupertatem spiritus, hoc est, qui sine consolatione  
sunt. De quibus supra: Non est oblitus clamore pauperum, id est afflictorum.  
Ita hic dicit, id quod expectant pauperes (magis enim expectandi quam patienti-  
uerbum est) non frustra expectant, Veniens ueniet dominus saluator, quem  
expectant. Sic psal. xxxvj, Non dabit in aeternum fluctuationem iusto. Quod  
enim differt, non aufert, inquit, hoc loco Hiero, modo sit, qui sufferat. Expo-  
ctandum itaque est, non tentandus deus praesentaneo auxilio.

Exurge dñe, nō cōfortetur homo, iudicētur gētes in cōspectu tuo.

Concludit psalmum duobus uersibus orantibus pro ijs, quae superius & sa-  
cta & futura cecinit, hoc est, ut impij conuertantur & pereant, cognito iudicio  
dei, & augeat populus Christi. Appellat autem eos uocabulo despectu homi-  
nis: Non confortetur (inquit) homo, id est, cum sint Enos & uere miserabiles,  
ut quid inflantur, erigunturque aduersus sanctos tuos in superbia & abusione,  
fidentes in magnitudine potentiae, sapientiae, iustitiae suae. Desinat ergo eorum  
robur & infirmetur, nec sinas eos praeualere sanctis tuis in finem: Quin poti-  
us increpentur & iudicentur in conspectu tuo, hoc est, cognoscatur eis domi-  
nus iudicia faciens, terrore corripiantur & trementes, sua impietate intellecta,  
querant humiliter misericordiam tuam.

Iudicari in cō-  
spectu dei &  
hominum.

Aliud enim est iudicari in conspectu dei, aliud in conspectu hominum. Iu-  
diciū dei scrutatur renes & corda, & neminem inuenit innocentem, ideoque  
omnes pauefacit & humiliter uehementissime, conuertens peccatores in in-  
fernum. At iudiciū hominum natat in superficie carnis & neminem intus  
inuenit nocentem, ideoque blāditur & decipit omnes qui confidunt in ipsū.  
Sicut Isai. ix. dicit: Et erunt qui beatificantur, praecipitati. Mihi, inquit, j. Cor. iij, pro mini no est, ut a uobis  
iudicer, aut ab humano die, nec me ipsum iudico, qui autem me iudicat domi-  
nus est. Ideo quando impijs frustra omnia dicuntur, canuntur, geruntur, cum  
nec uerbis, nec operibus, nec miraculis cedant, sintque generatio illa adultera,  
de quibus Mat. xj, Cecinimus uobis & non saluastis, lamentati sumus & non  
planxistis; Solum illud reliquum est, ut pro zelo eis imprecemur, argui in con-  
spectu dei, hanc enim increpationem non sustinent.

Constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quo-  
niam homines sunt. Sela.

Hieronymus: Pone domine terrorem eis, sciant gentes homines esse se. Ve-  
rum hebraeus sic distinguit uersum: Pone domine legislatore (siue terrorem)  
eis, scient